



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 43. Pater Basilius Augussola mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. *crique Palatii a Clemente VIII. delecto Con-*  
 A. C. 1608. *cionatore vix aliquis sanctior illo tempore*

*Romæ reperiri potuit.* Scripsit hic idem Petrus Epistolas quamplurimas Sancti Spiritus charismatibus plenas, necnon etiam sermones, quos habuit ad populum. Exstat quoque illius tractatus de Humilitate, qui tamen nondum typis editus asservatur Romæ in Archivio Ordinis. Denique edidit Ordinationes & statuta quædam pro sua Congregatione Italica.

## §. XLIII.

*Pater Basilius Angussola mortuus.*

*Bullar. Ordinis t. 2.*

*Et 4.*

*Bulla Clem. cum sicut*

*1601. 20. Decembris.*

Alter ex eodem Instituto erat Pater Basilius Angussola natione Italus patria Cremonensis, qui ex nobilissima stirpe ortus anno a partu Virginis millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo primam lucem aspexit, atque antiquioris Carmeli observantiam professus, Theologiæ Doctor, Romani Collegii Sacræ Theologiæ Professor, Provinciæ Romanæ Provincialis ac Congregationis Procurator Generalis renunciatus est. Cum autem Episcoporum nonnulli Religiosos intra claustra degentes coram ipsis in prima, ut vocant, instantia in causis civilibus esse conveniendos contenderent, Basilius re ad

Pon-

Pontificem relata die vigesima septima Sæc. XVII.  
 Augusti anno Domini millesimo sexcen- A. C. 1608.  
 tesimo septimo Breve Apostolicum, quod  
 incipit: *Religiosorum sub suavi* obtinuit,  
 vi cujus declaratum, Religiosos hac in  
 re esse hodie dum exemptos: Magis au-  
 tem sese de republica Literaria bene me-  
 ritum reddidit, dum celeberrimum &  
 classicum opus seu Commentarium in  
 Psalmos Davidis diu sub nomine *Autho-  
 ris incogniti* cognitum vero suo Authori  
 Michaeli Ayguano de Bononia Ordinis  
 Carmelitani Magistro auctoritate & jus-  
 su Clementis VIII. vindicabat, additis  
 quibusdam, quæ in Authographo dicti  
 Authoris reperiiebantur: Illustrabat quo-  
 que novam hanc editionem pereleganti  
 Præfatione ad lectorem. Scripsit etiam  
 Basilius orationem *in solemnitate Beati  
 Vincentii*, præter sermones alios, *collatio-  
 nes Sacras, & Sectiones Philosophicas* æque  
*ac Theologicas*. Exstant quoque duo il-  
 lius libelli supplices ad Paulum V. Pon-  
 tificem gravi stylo elaborati.

§. XLIV.

*Alberici Gentilis & Philippi Nicolai  
 fata.*

Ex Lutheri asseclis, quibus mors hoc Voetius Po-  
 lit. Eccl. t. 2.  
 pag. 171.  
 anno calamum excussit, primo loco  
 recensendus venit Albericus Gentilis,  
 A a 3 qui